

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Negligencia d
cum uariis

Turpissima est iactura que per negligenciam fit. Quem michi dabis qui aliquod precium tempori ponat, qui diem estimet, qui intelligat se cotidie mori? In hoc enim fallimur quod mortem non prospicimus, magna pars iam eius preteriit. Quicquid etatis retro est, mors tenet. Tu uero omnes horas complectere, sic fiat ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris.

Seneca in epistolis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

aliquod] aliquid V²; fiat] fiet V² L¹ L²; inieceris] iniecerit (*cor. intra*) C